



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Divinvm De Praesentia Dei**

**Arias, Francisco**

**Herbipoli, 1612**

In Hoc Sancto Exercitio voluntatis affectum iungendu[m] esse cum  
consideratione intellectus. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](#)

IN HOC SANCTO EXERCITIO voluntatis affectum iungendū  
esse cum consideratione.  
intellectus.

## C A P. VIII.

**I**N hoc sacro, diuinoque exercitio, non solum intellectus occupandus est in contemplanda diuina præsentia, verùm etiā voluntas, ut affectu in eam feratur, eamque quasi complectatur. Et quoniam voluntatis actiones in hoc exercitio principē locum tenent, speciatim declarabimus, cuiusmodi actiones sint, & quomodo exerceri debeant. Nam, ut ait S. Bonaventura, sunt quasi *In Epist. motus, & inflammata cordis de-* 25. *memor-*  
*sideria, quibus anima anhelat ad ral c.22.*  
*perfectam in amore cum DEO Et in myst.*  
*vnionem, igniti mentis affectus, theol. via*  
*viua interioris hominis suspiria, tertia.*  
quibus

68 FRANC. ARIÆ EXERC.

quibus inuocat, prouocat, commouetque diuinam maiestatem; ut se ad consummatam illam amoris sui coniunctionem admittere velit: sunt denique pia quædam incitationa, & affectiones voluntatis, quibus anima nostra velut alis spiritualibus euolat, & attollit se sursum, ut Deo approxinet.

Hæc vehementia desideria, affectusque ardentes cordis vocantur alpirationes, quibus anima è terra se attollit in cœlum, hoc est, aspirat in Deum: nam, ut idem Bonauentura loquitur, quemadmodum respirando nulla interueniente deliberatione trahimus anhelitum ex intimis corporis visceribus: sic celerimè, & nulla quasi deliberatione antegressa aspirando ad Deum, trahimus inflammatæ quædam desiria.

desideria ex intimis cordis penetralibus, ut Deo intimè conjugamur.

Has aspirationes, vel affectus inflammatos cordis homo imprimis declarat breuibus orationibus, quas vocamus iaculatorias: sunt enim quasi tela vel sagittæ ignitæ ex imo pectore profectæ, deinde & succinctis quibusdam colloquijs, quas anima cum Deo quasi præsente instituit. Dicuntur autem colloquia, quia sicut anima alloquitur DEVM per dicta desideria, sic Deus vicissim loquitur cum ipsa anima, radijs quibusdam diuinis illam collustrando, inspirationes sanctas ei communicando, ut magis magisque affectus voluntatis incendantur. Neque vero homo debet interna illa suspiria, inflammataque desideria vialiqua intrin-

70 FRANC. ARIÆ EXERCITI  
intrinsecus vel extrinsecus adhibita concitare, sed potius à diuina gratia moderato aliquo studio adhibito, expectare: Quamvis enim homo cooperando cum Deo facere debeat, quod in se est, tamen præcipue pendere debet ab ope diuina, pieque & humiliter orando impetrare, quod ex parte sua desiderari posset.

Etenim, ut alibi docuimus, in servitio diuino tres sunt viæ, vel tria Exercitiorum genera. Una est, pertinens ad incipientes, dicta Purgatiua. Altera, ad proficientes, dicta Illuminatiua. Tertia Vnitiua, pertinens ad perfectos. Haud secus sunt quædam aspirationes, quæ valent ad purgandam à vitijs affectionibusq; terrenis animam, & sunt viæ purgatiuae. Aliæ valent ad consequendas virtutes, & sunt viæ illuminati-

DE PRAESENT. DEI. 78

natiuæ. Aliæ ad impetrandam perfectam vniōnem animæ cum Deo, & sunt viæ perfectiūx. Qua de causa hoc loco commemora- bimūstria aspirationum, & ia- culatoriarum orationum gene- ra, ex S. Augustini, aliorumque Sanctorum libris excerpta, vt vnuſquisque conuenienter suæ dispositioni ad manum habeat orationes, quibus in hoc sancto exercitio diuinę præsentię queat ad Deum aspirare. Neq; idcirkò volo, vt his tantum vtatur, poterit enim vti quibuslibet alijs si- milibus: sed id tantum moneo, præstantiores efficacioresq; eas esse, quas quisque à Deo motus ex corde suo exprimit, etiam si non sint compositæ, sicut hæ. Nec item volo usurpari omnes; liberum enim cuiq; est usurpare quas velit. Et quamuis non sit nisi

72 FRANC. ARIA E EXERC.

nisi vna pro qualibet via; tamen,  
si crebrius magno affectu itere-  
tur, sufficiet ad capiendum hu-  
ius sancti exercitij fructum. Fa-  
cile autem poterunt è memoria  
recitari, si sèpius perlegantur &  
repetantur.

D E A S P I R A T I O N I B V S ,  
*orationibusq; iaculatorijs attinen-*  
*tibus ad viam Purga-*  
*tiuam.*

C A P . I X .

A SPIRATI ONES conue-  
nientes viæ purgatiuæ sunt  
hæ: Domine Iesu Christe, Deus  
meus & Saluator meus, qui ad  
saluandos peccatores in mun-  
dum venisti, ignosce mihi, &  
salua me. O Deus meus, quid  
agam? quid dicam? peccavi co-  
ram te, & contra te benignissi-  
me